





* * *
ECLOGA

IN NVPTIAS

DAMONIS ET PHYLLIDIS

HOC EST

KEMPFIO-
WALBAVMIANAS

DIE XXIII MENS. FEBR

ANNI

MDCCXXXV

NAVMBV RGI

FELICI AVSPICIO

INSTITVTAS

QVAM

EX OFFICIO PIETATIS ET AMICITIAE

DECANTAT

TITYRVS.

NAVMBV RGI,

TTPIS IO. GEORG LAITENBERGERVS
LITTERIS BOSSOEGELIANIS.

* * *

Salanae Musae! calamo DAMONIS agresti
Dum tentatur hymen, uultus aduertite laetos!
Eia! reclude fores radians Aurora ferenas,
Atque Horas placido nitidas emitte cubili;
Et Tu, qui lumen praedicis, Lucifer, orbi
Nascere, felicique refer Phoebum omine clarum.
Montibus in nostris DAMON socialia iura
Comparat, et Nympham sancto sibi federe iungit,
Quæ pulcras inter multum est celebrata Napaeas.

Ergo Tibi, DAMON, iam deferit Hesperus Oetam!
Sparge nuces, festamque lubens nunc indue
nestem!

Panchaeisque sacrae Tibi surgant ignibus arae:
Arridens Hymenaeus adest, fertisque capillos
Exornata Venus folio descendit ab alto.
Coniunctis manibus praefertur pinea taeda,
Cuius flamma ferit summi laquearia tecti.
Casta etiam Lucina uenit, quae uallibus amplis
Haemoniae calathos repleuit flore recenti:
Hic cyani molles rident, hic pulcer amellus
Stellatos apices et odoris balsama prodit:
Hic Parium superant candentia lilia marmor,
Hic Paestana rubens Tyrium rosa prouocat ostrum.
Sic confusus honos uarie delectat ocellos.

Immo torum faustum pastorum fistula cantat.
His uero aërea respondet turtur ab ulmo,
Populeoque sedens sub ramo rauca palumbes.

Laurus et ipse fauet, plaudunt humilesque myricae:
Purior electro fugiens per gramina riuus
Camporum, resona celebrat noua gaudia uoce.
Luxuriant hilares pecudes ad amoena fluenta,
Balatuque crebro sensum testantur amoris.
Et cygni niuei modulantur gutture cantum,
Atque serena die praedicunt fata SERENO.
Aduolat agresti capitis Siluanus honore,
Festiuusque suo uecrus Silenus a fello;
Conueniunt Fauni, scribuntque in cortice pinus
Carmine felici nostri DAMONIS amores.
Quid uero Dryades? concurrunt undique syluis
Phyllodoce, Drymo, Nefaea et candida Xantho,
Caesariem effusae flauam per splendida colla.
Has Ephyre, Clio, Beröe, Spioque sequuntur
Auro omnes, uariis distinctae uestibus omnes,
Et chorus innumerus multo spectatus honore.
Pulcra ferunt molles laetae per lilia gressus,
Et tali cantu ludentes ora resoluunt:

Vt uiti decori est in apricis montibus uua,
Littoribus myrtus, fegetes felicibus agris:
Sic decus es nostrum, DAMON! Tua carmina nobis
Talia, quale sopor fessis ad flumina membris;
Quale, per aestiuas quum regnat Sirius horas,
Dulcis aquae saliente sitim deponere fonte.
Siue sub instabili, zephyris motantibus, umbra,
Seu Ioue sub gelido cecinit Tua fistula nobis,
Ad se traxerunt omnes Tua carmina Nymphas.
Saepe Tibi, ex ipsis nectentes uincula fertis,
Te, credas, fuimus, DAMON, uincire paratae.

At Te deuinxit, DAMON, Tua PHYLLIS amore.
Hæc erit adfociata thymo Tibi dulcior Hyblae,
Et pulcro in riguis hyacintho suauior hortis.

Tu, gelidas hibernus aquas quum fuderit
Auster,

Compositus placido dulci cum coniuge frato
Carpes securus mulcentes, imbre iuuante,
Somnos, & grata renouabis membra quiete.
Saepius immites uentos audire cubantem
Et fociam gremio caram tenuisse iuuabit.
Mox patris ante pedes colludet turba nouella,
Et poterit dulci matrem cognoscere risu:
Olim nec taedebit auum aduigilare nepoti,
Cum puerisque senem uerba imperfecta probare.

Inferè nunc, DAMON, malos, pone ordine
uites:

Poma graues Tibi deducunt mox pondere ramos,
Et feri carpent hilares Tua mala nepotes.
Pafce greges: curas Tibi PHYLLIS leniet omnes.
Ut uitis generosa ulmo coniuncta maritae,
Se magis extollit, mites producit et uuas:
Sic quoque florebut DAMON CUM PHYLLIDE iunctus:
Coniugio uiuent sic NVPTAQVE VIRQVE beato.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-206

617





* * *

Programmat

ECLOGA

IN NVPTIAS

DAMONIS ET PHYLLIDIS

HOC EST

KEMPFIO- WALBAVMIANAS

DIE XXIII MENS. FEBR
ANNI

MD CCXXXV

NAVMBV RGI

FELICI AVSPICIO


INSTITVTAS

QVAM

EX OFFICIO PIETATIS ET AMICITIAE
DECANTAT

TITYRVS.

NAVMBV RGI,
TPIS IO. GEORG LAITENBERGERVS
LITTERIS BOSSOEGELIANIS.



Farbkarte #13

B.I.G.

